

T9

Saturae XV, vv. 480-483, 484-489 M.

**Da non credere**

- 480-483 Multa homines portenta in Homeri versi<bus> ficta  
monstra putant, quorum in primis Poly<ph>emus ducentos  
Cyclops longus pedes: et porro huic maius bacillum  
quam malus navi e corbita maximus ullast.
- 484-489 Terriculas, Lamias, Fauni quas Pompiliique  
instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.  
Ut pueri infantes credunt signa omnia aena  
vivere et esse homines, sic isti somnia ficta  
vera putant, credunt signis cor inesse in aenis.  
Pergula <f>ictorum: veri nihil, omnia ficta.